



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

18 de Defensoribus ciuitatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

cebantur, ad plebis euitandam suspitionem. Erantq; diuersi isti duumviri & triumviri & similes. l. 2. § deinde cum es- set necessarius, de origin. iur. P. de quib. omnibus vide Alexan. ab Alexand. c. 16. lib. 3. Vno phang. Latium, lib. 3. x. repub. Rom. c. 2. § 3. pro diuersitate negotiorum, quibus tot viri praeficiebantur: vt capitales, & diliti sacrorum, quinquennales, nauales.

7 ¶ Duumviri † capitales causas criminum distinguebant, iudicabant & perduellionis diem reis dicere solebant. Sicut ex Livio constat: dum de Horatii, vt perduellionis reo, crimine & iudicio agit. Livius lib. 1. & alibi de M. Manlii damnatione, Livius lib. 6. Deca. 5. Vlpianus horum duumvirorum etiam in municipiis ait esse potestatem carcerum, & dimittendi a custodia, Vlpia. in l. si quis uxori. 53. § si fugiuum, de furt. lib. 47. P. tit. 2. Sicut & Pomponium enumerat triumvirorum monetales artis, argenti, aurifloros & triumviros, addit capitales qui carceris Romae custodiam haberent, vt cum animaduerti oporteret, eorum interuentu fieret, Pompon. in l. 2. § eodem tempore constituti. de orig. iur. lib. 1. P. tit. 2. Erant & Romae duumviri quinquennales a potestate iudicii temporis quinquennalis accepta, meminit Spartia.

8 in Adriano. ¶ Duumviri † a diliti seu sacri erant, qui aedes dedicabant, qui expiationes vel melius execrationes, l. cisternia, ad placanda iudicia faciebant publicas aedes locabant, meminit Livius lib. 5. § 6. Deca. 1. § lib. 3. Deca. 1. 3. Reliquos non persequat. ¶ Admonebo † tamen Lyfandrum apud Lacedaemonas, elegisse decemviros in Lacedaemona singulis ciuitatibus, led eos tantum qui amicitia, conuiuium vel obsequium. vel hospitio essent coniunctissimi, vel quod sibi placuisset se facturos spon- didissent vt omnia pro nutu suo regeret, & crudeliter ageret Aemil. in l. tribus in Lyfandro, Diodo. Sicil. lib. 14. Xenoph. in 3. Hellen. Vnde colligimus hos duumviratus & decemviratus municipio- rum accedere ad quandam, quatenus licet aristocraticam, vel popu- larem per vices administrationem summam, relictis negotiis communibus aliis magistratibus inferioribus, municipalibus.

De Magistratibus municipalibus. Cap. 17.

- 1 ¶ Magistratus tribus mensibus ante subeundam administ- rationem nominantur.
- 2 ¶ Magistratus municipales plures pro vno sunt, eod.
- 3 ¶ Magistratus municipalibus quae concessam iure dicundo po- testas.
- 4 Appamienfium res publica libera, eod.

1 ¶ X† decurionibus quoque ad magistratus municipales no- minantur, idq; ante tres menses, quam subire magistratum debeant. l. 1. de magistratib. municipal. lib. 1. C. tit. 57. Isti autem ma- gistratus municipales vnam tantum potestatem, etsi plures sint, referunt: quia vnum administrant vt collegae magistratum. l. ma- gistratus, 25. ad municip. in P. ¶ Habent † iure definitam dignita- tis curam, & notionem. Atque in summa, ea quae magis imperii sunt, quam iurisdictionis, magistratus municipales facere non possunt: nec illis permittitur in integrum restituere aut iurare, bona rei seruanda caussa possidere, aut dotis vel legatorum ser- uandorum caussa, Paulus Lea qua, 26. ad municip. lib. 50. P. tit. 1. nec supplicium a seruo sumere, quamuis modica castigatio eis non sit deneganda, l. magistratibus, 12. de iurisd. omn. iud. P. lib. 2. tit. 1. Solent maiores iudices magistratibus illis ea committere, quae celeritatem desiderant, & requirunt. ob moram neciam expen- ditur citius: vt in damni infecti cautione patet exemplum, l. 1. de dam. infect. l. 39. P. tit. 9. Et ipse conuenientes, etiam de re maio- ri, pud magistratus municipales agerit Paul. in l. conuenientes, 23. ad municip. P. Sed & in quaestione iurisdictionis magistra- tum municipalium praecipue animaduertendum est, quid in e- orum priuilegiis & legibus vel antiquitate, vel principis auctoritate firmatis praescriptum sit. illudque ratum habendum. Quod ex epitola Plinii Secundi ad Traianum & responso Traiani per- sonae publicam administrandi quod & probauit Traianus, Plini- us Secundus lib. 10. epistolae. epistol. 46. § 47.

De Defensoribus ciuitatum. Cap. 18.

- 1 Defensores ciuitatis, & locorum duplices, sine dignitate, & cum eadem.
- 2 Defensores vnde dicti.
- 3 Defensores locorum a quibus eligi debent.
- 4 Defensorum electio a quo confirmetur.

- 5 Defensorum temporalis administratio cum iudicandi potestate, & iurisdictione.
- 6 Defensores quos habeant administratos.
- 7 Defensores sine iussu principis non deponunt administrationem, impune, eod.

Defensores † ciuitatum sunt in duplici ratione: alii namque sunt, qui nomine ciuitatis causas eius, lites atq; negotia curant vt actores & syndici in l. 1. § personalia, de muner. & honor. in P. l. fina § defensores, eo. titul. vt dicemus Deo fauente suo loco, in iudiciorum personis, dum de procuratoribus agemus. Alii de- fensores ciuitatum sunt cum potestate & magistratu: de quibus hic agimus, qui & locorum defensores dicuntur, si ciuitates vel municipia non sint vel si ab eis non denominentur l. 1. de defen- sor. ciuita. lib. 1. C. tit. 56. vt & prouinciarum defensores alii, qui- bus latior cura. & plures res & ciuitates defendendae commissa sunt l. 4. C. eod. Potest. & in ciuitate defensor solus, & cum defen- sore alii magistratus municipales. collige ex l. in hac, 30. de donatio. lib. 8. C. tit. 5. vt inde constet & posse eorum esse separatam iurisdic- tionem & potestatem, & concurrentem. ¶ Defensores † dicti sunt a cura rerum, quibus praepositi erant, vt eas ab omni iniusti- tia liberar vindicarent: vnde & paterna voce dicti ita defensores, vt ait Iustinianus vt eripiant a malis iniuriarum patientes, Instiria, § 1. nouell. 15. tit. de defensor. ciuita. in authent.

¶ Defensores † ex ciuitatum nobilioribus habitatoribus eli- gi debent, quemadmodum & de duumviris diximus: nequeli- citum est municipibus munus impostum repudiare, quatenus praeremaneat dignitate, secundum videlicet circulum idoneo- rum. authent. vnae, C. de episcopal. audien. § interim, & § si qua ve- ro de defensor. ciuita. in authent. Non tamen ex ordine decurio- num, vel cohortalium sed aliorum, qui capaces inueniuntur l. 2. de defensor. ciuit. lib. 1. C. tit. 56. Ex decreto reuerentiorum epi- scoporum, nec non clericorum, & honoratorum, possessorum & curialium, qui sacrosanctae religionis inbuti mysteriis, hoc in primis sub gestorum testificatione, praesente quoque re- ligiofissimo fidei orthodoxae antistite, per depositiones cum sa- cramenti religioe celebrandas patefecerint, l. subimus, 7. de epi- scopal. audien. lib. 1. C. tit. 7. § authent. praedicta, eod. titul. & San- ctissimi, de defensor. ciuit. in authent. l. defensores ita 8. C. eod. tit. C.

¶ Electi † confirmantur a praefecto prouinciali, iuramento † illi praestito, quod omnia secundum leges sacius acturi sunt, § iurandum, de defensor. ciuit. in authent. olim a clarissimo prouinciae iudice praefecto praetoriano die iurauerunt, & § 1. de defensor. ciuit. in authent. l. defensores, 8. C. eod. tit.

¶ Defensorum † munus olim erat quinquennale, l. 4. C. de de- fenf. ciuit. ex nouellis autem Iustiniani est biennii, § iurandum, & § si eo. tit. in nouell. Quibus etiam illis est iurisdictionis in partit Caetar, vt honestiores apparerent, in § 1. vers. nos iur. ca. tit. in no- uellis, quod quidem antea habuerant. l. 1. C. de def. ciuit. verum successu temporis vltuerat, § 1. eo. tit. in nouell. Cassiodorus in for- mula defensoris cuiuslibet ciuitatis Cessid. r. lib. 7. Variar. c. 11. tradit eius officii esse committere a ciuibus secundum temporem qualitatem, a quibus moderatione disponere: definire seruare quae iussissent statuta pretia: tuncq; defensorem implere officii- um suum, si ciues suos nec legibus patiarur opprimi, nec carita- te consumi. Idiplumq; officium postremum alibi, Cassiodor. lib. 7. c. 12. ad uratores ciuitatis: refert in formula curatoris ciuitatum, nempe vt merces non ad nutum meratorum, sed a quabili pre- tio veneant. Gratianus, Valentinia & Theodosi CCC. Theodo- ro defensori formam defensionis praeribunt, l. in defensoribus, 4. de defensor. ciuita. C. Idem § 1. 3. § 1. eod. vt defensor parentis vi- cem plebi exhibeat: non patiarur rusticos vrbanoq; def. iur. pri- onibus assigi: officialium insolentiae, & iudicium proca. itati. soluta reuerentia pudoris, occurrat: ingrediendi cum veller ad iudi- cem, scilicet et prouincialem, liberam haberet potestatem: non pati super delegationem solitam quaequam exigi: nec ipsum ex- igere damna vel spolia. ab iis quae liberorum loco habet. Ad- dunt Honorius & Theodosius, quae defensorum esse, ne posses- sores maioribus mensuris & ponderibus a susceptoribus pra- grauentur, & eos deprehensos, ad iudicium cum fraudis depre- hensae iudicio dirigere, l. subimus 9. eod. de def. ciuit. ¶ Hoc officii- um est personale, in quo nec vicarios admittit ius, nec habere concedit § nulla ex iussione licentia, eo. tit. authent. Cognoscit porro & iudicat defensor ciuitatis in ciuilibus negotiis vique ad quin- quaginta solidos, actis tamen iudicialibus interuenientibus: de- debi-

debito iusto, de seruo per fugam elapso, cetera maiora, rectori provinciae insinuando, l. i. C. de defen. civit. Et l. defensores civitatum 7. eo. Iure novellarum, usque ad trecentos aureos, §. Et iudicare, eo. tit. in authen. Apud defensores civitatum, insinuationes donationum & aliorum monumentorum fiunt, dicit §. nulla existente, in hac, 30. de donat. lib. 8. C. tit. 5. per eos contumacia, & tumultus in civitate sedantur, §. deinde eos, de defen. civit. in Authen. l. 5. C. eod. Audient etiam leuora crimina, & castigationi competentem tradent, & maiorum criminum reos detruent in carcerem, & mittent ad provinciam praesidem, §. audient, eo. tit. in auth. l. 5. C. eod.

6. *per omnes, 6. Et l. defensores 7. C. eod. tit. ¶ Ad sunt defensori per novellam constitutionem, ex provinciali officio, exceptor, & duo officiales, qui ea, quae ab illis decernuntur, adimpleant, §. ex provinciali, de defen. civit. in auth. Ipsi autem defensores nec ante tempus publicam sollicitudinem eurare possunt, nisi gratia eis fiat a principe, l. fi. C. eo. tit. alioquin in crimen laesae maiestatis eos incidere statutum est, §. si quis autem, de administrato-ribus, in authenticis, colla. 7. tit. 6.*

## De Legatis. Cap. 19.

Lib. 50 tit. 8. P. Lib. 10. C. tit. 63.

- 1 Legati civitatum & municipiorum qui, & a quibus creantur.
- 2 Legationum liberarum, & non liberarum distinctio.
- 3 Oratores dicti legati.

**A**LIAS species personarum gerentium honores civitatis constituitur in legatis, quibus mandata reipublicae ad principes vel alios deferenda, vel exequenda committuntur, ex consilio civitatis vel municipii, interveniente magistratu summo loci eius, l. si de legationibus, l. 10. C. tit. 6. 2. l. 1. eod. in P. Ipsi autem vel praesentes, vel absentes creantur, absentibus mittuntur mandata exequenda, Modestinus l. Titio, 36. ad municip. l. 50. P. tit. 1. Et proinde neque isti tenentur, si gratiam habeant legationem, referre per se gesta, sed per alium possunt remittere munera, l. si absentes, 12. de legato, in P. ¶ Legationum ¶ alia liberae, sine mandatis reipublicae, & tamen cum honore muneris: alia cum honore & munere. Et harum ultimam alia gratuita, alia cum legatio, id est, salario, de quibus, & de iuribus, & privilegiis legatorum, tractamus abunde in criminibus, dum de crimine laesae maiestatis agimus pro proprio titulo De legatis. ¶ Sextus ¶ Pompeius Festus in libris de verborum significatione: ¶ Oratores, inquit, ex verbo aguntur dicti, quod missi ad regnationes, deos solerent agere, id est, testari: in modo dicti legati.

## De appellatione hominum ratione munerum, &amp; de Muneribus sine honore. Cap. 20.

- 1 Munerum personalium quorundam enumeratio. Annona curae, eod. Stone, eod. Frumentatores, eod. Curatores divites, eod. Episcopi qui civiles, eod. Aedum sacrarum custodes, eod. Rationibus publicis tractanda munera quae distincta, eod. Xenoparochi, eod. Epistathmia, eod. Creatores, eod. Mareschaux de logis, eod. Camelasia, & camelarii, eod. Mastigophori, eod.
- 2 Munerum patrimonialium quorundam enumeratio. Admunera personalia qui teneantur, eod. Decaprotia, & decemprimatus, eod. Hospites suscipere munus patrimoniale. Equos alere curiales munus est patrimoniale.
- 3 Prostatia quid. Sacerdotia munus, eod.
- 4 Munera quomodo a iudice sint distribuenda civibus.
- 5 Munera quae quis non tenetur subire.
- 6 Equorum fiscalium munus sublatum, eod. Giebe onus sublatum, eod.
- 7 Salgamm, & alia militibus non prebenda.
- 8 Vacatuum munerum species duae, pleniores & exiguae, temporales perpetuae.
- 9 Vacatuum seu excusationes munerum perpetuae.
- 10 Personales immunitates, quae transeant ad heredes.
- 11 A muneribus personalibus, & patrimonialibus excusati. Artifices qui gaudent immunitate personalium munerum, eod. Muneribus vilibus quorum patrimonialia non teneantur.

- Hospitia qui non praesent, eod.
- 12 Munera forasda & vitia qua dicantur.
  - 13 Ad excubias tenentur ecclesiasticae persone tempore necessitatis.
  - 14 Munerum excusatio ratione vitiosa electionis.
  - 15 Muneribus excusatione officii.

**M**unera personalia, ¶ quae honorem non habent, plura sunt enumerata ab Hermogene in l. 1. de munerib. in P. & Arcadio in l. si eod. Iuriconsulti: quae nomen aliquod tribuunt etiam eis, quibus conceduntur. Ut defensio civitatis, ex qua syndicus: annonae cura: vnde *οσιωναι*, sitometrae: frumentatores, *οι τον στρον εργεσσοτες, κει δειν δεικναι*, & qui servabant, *οσιουλακας*, qui praefecti, *οσιουλοι*, & coactores. Iis adduntur, qui curam habent exigendi census praediorum publicorum, aqueductus, calefactionis thermarum, tutela pupillorum, cura adultorum, prodigorum furiosorum, & aliorum, & bonorum, vnde exactores, curatores operum, adultorum, prodigorum, & tutores, *διστα* l. 1. Et fin. curatores bonorum, calendarii rei vehicularis, angariarum: & praefectura disciplinae publicae, & corrigendorum morum, vnde *irenarchae* *διστα* l. fin. §. *irenarchae*, & l. 1. de *irenarch.* lib. 10. C. Et l. *divus*, de custod. rerum in P. Episcopi, d. l. §. *stem episcopi*, qui praesunt panem, & ceteris rebus venalibus in civitate, custodes aedium sacrarum *ραφολακας*, & aedui, *ρακιεσι*, Archiviis praepositi *αρχιβου*, d. l. §. *hi quoque*, rationibus publicis conficiendis, praescribendisque, logographi: & qui in tabulas publicas referunt, tabularii. Qui peregrinis salem & alia praebant xenoparochi, portuum praefecti *limenarchae*. Mansionum seu hospitiorum designatio, *δενσθησες*: vnde dicti mansionarii, designatores hospitiorum, vel creatores: quia creta signent hospitia, nobis *Mareschaux de logis*. Qui curam habent camelorum, seu camelariae, vnde camelarii, d. l. fin. §. *camelasia*. Adde defensores iudices, l. 1. §. 1. Et l. si defensores, & §. *iudicandi*, eod. mastigophoros, qui agonothetas in certaminibus comitantur. Operarum quoque praestations, personalia erunt munera, quae sublatae postea sunt a provincialibus tributa pendentibus, l. *unic. ne opere a collectoribus exigantur*, lib. 10. C. tit. 24.

¶ Inter ¶ munera patrimonialia elaeptoria, olei comparatio: opsonia, leguminum comparatio, l. fin. §. *patrimoniorum*, de muner. in P. Possessionibus indicta: agminales equi, multa angaria, veredi, ad quae tenentur domini rerum, etsi non sint municipes: & qui foenus exercent, veterani, primipilares, pontifices, d. §. *patrimoniorum*, l. 2. Et l. *via*, de privileg. veteranor. in P. & alii alioquin privilegio excusari a muneribus, l. *re scripto*, §. *si de muner.* P. l. *Ulpian*, l. 2. §. *qua patrimoniorum*, de vacat. muner. lib. 50. P. tit. 4. l. 2. 3. Et l. *neque de muneribus patri*, lib. 10. C. nisi expressio privilegio ab iis releventur a principe, l. *hi qui*, & l. *sunt munera*, de vacatio. muner. P. l. *semper*, §. *privilegia*, de iure immunita. vide gloss. in l. fin. §. *patrimoniorum* autem in verbo, *subnixus*, de munerib. l. Ad munera quoque patrimonii pertinent collationes, quae quotannis praestantur, pro modo agri in frumento, vel alia specie, & praeterea, l. fin. de munerib. item munera vehicularis, nauicularis, decemprimatus, l. 1. §. 1. eod. tit. Quamquam Africanus referat: Herennium Modestinum notando, & disputando optima ratione decreuisse, decaprotias, id est, decemprimatus tributa exigentes, esse intermixta munera personalia, & patrimonialia, l. fin. §. *mixta*, eo. tit. Decaprotiam Ulpianus tamen magis patrimonii onus putat, & inde decaprotos dici, quibus imponatur, l. *de decaprotos*, de munerib. Et bon. de decemprimatu & decaprotia vide Budaeum in d. l. §. *mixta munera*, Aciatum & Pyrrum in l. *nec protestata*, de munerib. patrimon. lib. 10. C. tit. 42. Exactio tributorum, onus patrimonii quoque est, d. l. 3. §. *exactio nem*, de munerib. P. & munus hospitis in domum recipiendi, d. l. 3. §. *munus*, & §. *eos*, de mune. l. qui immunitatem, l. 3. de munerib. patrimon. lib. 10. C. Equos curiales alere munus quoque patrimonii, l. *non videtur*, 4. de munerib. patrimon. lib. 10. C.

¶ Munera quoque ¶ protestatae, & sacerdotiae, l. *nec protestatae*, §. *cod. tit.* C. *legerem protestatae*. Nam Plutarchus scribit in Romulo, Latinos vocare *παλαστιας*, quam Graeci dicunt *προστατιας*, cum quisquam pro alio liti se opponit, & eius defensionem suscipit, euentumque praestat: vnde pro patrocinio sumitur. Sacerdotia vero hic, puto dici redditus, vel collationes ad facta faciendae, sicut & nos sacerdotia, beneficia dicimus. Sunt munera quoque patrimonialia superindictiones, l. fin. al. de munerib. patrimon. lib. 10. C.

¶ Ceterum ¶ ad praesidis provinciae curam pertinet prospici